



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Qvæstio De Vera Ac Nativa Sententia Dicti Pavlini: Nonne
panis quem frangimus communicatio est corporis Christi
&c.**

**Albinus, Petrus
Crell, Paul**

Witebergæ

VD16 W 1696

Svo In Domino Iacobo Præposito Bremensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36690

Quamquam malle hoc tentari ab aliquo vestrum, vel Gallico, cuius esset in latina lingua maior usus. Mihi ut videris latinæ linguæ modicus est usus, qui in barbaræ Scholasticorum Doctorum ætatem consumpsi. Igitur vos non fallant obsecro in Domino siue Tigurense, Bullinger, Pellican, nec ipse Bucerus, qui dicitur in principio Tragediæ multa latinè scripsisse (quæ non vidi) Sed iam dudum relipuisse mihi persuadeo. Quin si forte audieritis D. Philippum vel Lutherum consensisse illorum furori, propter Deum nolite credere. Sic enim audio illos vel aliquos illorum sparsisse rumorem, ut erroris sui pestilentis, etiam sub nostro nomine patrocinium & auctoritatem haberent. Nolite credere, Pseudoprophetæ sunt qui Galatas subvertere volunt. Sed si Dominus me volet diutius vivere, plura fortasse in publicum dabo. Valetudinarius, senex, piger sum, & horam gratiæ expecto, Quam & vos oro ut vestris orationibus mihi impetretis. Dominus noster Iesus Christus, qui nos & vos vocavit, & in eodem Spiritu vniuersim & vniuersos fecit, conseruet, roboret, perficiat nos & vos in eandem formam & imaginem filij sui dilecti, Amen. V Vitebergæ XII. Nouembris 1544.

Martinus Lutherus.

SVO IN DOMINO
Iacobo Preposito Bre-
mensi.

Ex autogra-
pho.

Salutem & pacem. Senex, decrepitus, piger, fessus, frigidus, Sacramentum scribo, & qui sperabam mihi nunc emortuo, requiem (ut mihi videtur) iustissimam dari. Quasi nunquam egerim, scripserim, dixerim, fecerim, ita obruor scribendis, dicendis, agendis, faciendis rebus. Sed Christus est omnium in omnibus, potens & faciens, benedictus in secula, Amen.

Quod

Quod scribis Heluetios in me tam efferuenter scribere, ut me infelicem & infelicis ingenij hominem damnent, valde gaudeo. Nam hoc petiui, hoc volui, illo meo scripto, quo offensi sunt, ut testimonio publico suo testarentur, sese esse hostes meos, hoc impetraui, & ut dixi, gaudeo. Mihi satis est infelicissimo omnium hominum, una ista beatitudo Psalmi, Beatus vir qui non abiit in consilio Sacramentariorum, nec sterit in via Cinglianorum, nec sedet in cathedra Tigurinorum. Habes quid sentiam. Caeterum quod petis, ut pro te orem, hoc facio, tu vicissim pro me ores quaeso, & sicut ego non dubito, tuas pro me orationes valere: ita ne dubites, meas pro te valere: Et si ego prior abiero, quod opto, traham te post me, si tu prior abieris, trahes me post te. Quia unum Deum confitemur, & expectamus saluatorem cum omnibus sanctis. Louuenses iam publico scripto coepi tractare, quantum Dei dono potero, iratus enim sum in ista bruta, plusquam deceat tantum me Theologum & senem: Sed Sathanae monstris oportet occurrere, etiamli ultimo spiritu in eos flandum sit. Vale. Et cogita te esse mihi non modo ex veteri & familiarissima amicitia, sed propter Christum, quem una mecum doces, charissimum. Peccatores sumus, sed ille est nostra iusticia, qui vivit in aeternum, Amen. XVII. Ianuarij Anno M. D. XLVI. Saluta tuam, tuos nostros, omnium nostrorum nomine reuerenter.

Hoc fuit usum.
Das kurz
bekentnis
D. Mart.
Lutheri
vom Sa
crament.

T.

Martinus Lutherus.

Post mensem, Islebiae, extinctus est, eo ipso anno, Die Concordiae X VIII. Februarij, Anno M. D. XLVI.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Martin Luther

... in Christo Amen. Dr. Martin Luther
... 1521